interficiantur morte ⁊ iuuenes eorꝝ confodiant gladio in p̄lio · audiat clamor
de domib; eorꝝ; In typo quidem saluatoris haec a populo iudaeorꝝ hieremias
uniuersa pp&itur · qui postea babilonio ueniente uastant; Sed plenius atq;
p̄fectius conplent in xp̄o & urbe subuersa romano gladio trucidati sunt;
Non ob idolo latriā quae eo tempore n̄ erat : sed ob interfectionē filii dī quan
do cunctus simul populus conclamauit · tolle tolle talem : n̄ habemus regē
nisi cesarem; Et in p̄catio eorꝝ aeterna damnatione conpleta est : sanguis
eius sup nos & sup filios nr̄os; foderant enim xp̄o foueam · & dixerant;
Auferamus eū de terra uiuentium; Qui tantae erga eos misericordiae fuit ·
[...]stetit in conspectu patris ut loqueretur p eis bonū : & auerteret & in
dignationē illius ab eis · ut in cruce quoq; diceret; Pater ignosce eis · q̄d enī
faciunt nesciunt ⁊ manifesta transcucurrimus · ut in obscurioribus immore
mur; Nequaquā deliramenta quorundam & captiuitatem caelestis hieru
salem interp̄tantes · sed p̄spicuā historiā & manifestissimā pph&iam ·
omnium uerborꝝ & sensuū confidentia p̄sequentes; Adduces enim super eos
latronem repente · quia foderunt foueam ut caperent me; & laqueos ab
sconderunt pedib; meis; Tu autē dn̄e scis omne consiliū eorꝝ aduersum me
in mortem · ne ppitieris iniquitati eorꝝ · & peccatū eorꝝ a facie tua n̄ dele
at; fiant corruentes siue inpingentes in conspectu tuo · in tempore fu
roris tui abutere eis · siue fac in eis; Si de hieremia intellegimus repen
tinū latronem: referamus ad nabuchodonosor; Si de saluatore q̄d ue
rius & melius est ad romanū exercitū; & ne iniusta uideatur sententia dī ·
exponit quid fecerint contra xp̄m filiū dī · & quid passi sint; Quod au
tem infert · ne ppitieris iniquitati eorꝝ & peccatū eorꝝ a facie tua

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0185